Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

pue. xiij In fatuo. qui non verbis auſcultat amicis:
eccl. xxij Nam ſtolidę illius tanta eſt corruptio mentis
Audire vt nequeat ſapientes digna loquentes.
Cum tamen & prudens: bona que ſunt iugiter audit
puerb. i. Et ſapere vt poſſit: ſapientes ſemper honorat:
& xviij. Suſcipit: & ſequitur: ſua quo ſapientia creſcat.
Fiſtula ſed fatuo ſolatia dultia prębet:
puerb. x Nec curat cithare ſonitus: nec barbitos illum.
Ecc. xv. Oblectat: fidibus non delectatur amenis.
Nil magis vſq; placet fatuo: nil dulce videtur:
puerbi. Quã baculus criſpus: q; ruſtica fiſtula ſtulto.
xxiiij. & Nec ſinit vt quiſq; ſibi dogmata ſana miniſtret:
xxvi. Nec patitur quenq; qui corrigit / aut monet ipſum:
Inde fit vt magnum fatuorum creſcat / & ingens
Agmen vbiq; nimis: quid ſis pręcor improbe ſtulte
Sap. vij Diſce: hominem te ſcis mortalem: ſciſq; caducum:
x. & xv. De ceno terre genitum: de ſtercore factum:
Ad Ro. Ex cinere / & terra / limo / cęnoq; lutoq;
vi. Compoſitum: at ſenſus tribuit natura ſcientes:
Ec. xxv. Et data clara quidem ratio eſt: animalia bruta
p̃s. cxviij Qua nobis cedunt: ſed tu precordia ſtulta
Qui geris: acceptę rationis munera rumpis.
Quid tua te nimium iactat funeſta poteſtas:
Quid te nobilitas: facies: quid culta iuuentus:
Ecci. iii. Quid te diuitie molles: quid corporis artus:
& xvii. Extollunt: tibi que damnũ & nocumenta miniſtrant
Tulli. in Eſt ſapiens ſolus / locupletior omnibus: idem
para. Fortior & cunctis: hunc audi: illumq; ſequaris.
Eccs. vii Eſt melius prudens: ſi dure corripiat te.
Tob. ii. Quã ſi te fatuus mulcenti arrideat ore.
Iob xxv Quandoquidẽ hic fœlix homo: quiſquis corde pauorẽ.
iii. Semper habet: penas ſemper meditatur acerbas.
p̃s. xviij. Atq; dei ſuffer / primis iuga dulcia ab annis
puerb. i.
xviii. Artem qui medicam tremulis molitur in ægris:
Mat. xi. Nec tamen indocta ſcit medicare manu.
& xxiij. Arte carens: vires nature neſcit / & herbas
Ludius & fatuus / ridiculuſq; manet.